

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscvrorvm virorvm

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

19. Cunradus Unckebunck

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-976](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-976)

19.

C Cunradus Unckebunck

Magistro Ortvino Gratio.

Mirabile est, venerabilis domine Magister, quod parentes mei non mit-
 5 tunt mihi pecuniam, et tamen sciunt quod non habeo unum obulum, et
 scripsi eis bene viginti litteras. Si non volunt mittere mihi pecuniam,
 tunc per deum ego volo aliter facere. Et credatis mihi quod nuper habui
 in voluntate, quod volui me obligare sub penis Camerę accommodando duos
 10 florenos Renenses aut tres, et redire in patriam, et dicere eis opinionem
 meam, ita grosse quod deberent tangere. Diabole, credunt quod sum
 natus super arborem, vel debeo comedere fenum sicut animal? diabolus
 auferat me si habui unum Carlinum in sex mensibus; et semper nihil co-
 medo nisi salatum et cepe et allium, et aliquando unum menestrum de
 15 fabis vel herbis vel spinaciam more Italico. Ego bene scio quod fratres
 mei in patria comedunt pisces et aves et bona fercula, et non cogitant
 super me; sed ego non volo diutius pati, et debetis ipsis dicere: tunc ego
 etiam volo diligenter hic instare apud dominum meum, quod promovebit
 negocium vestrum sicut scripsistis mihi. Et rogo vos, quando parentes
 20 mei dabunt pecuniam, quod vellitis mihi mittere. Et cum hoc mittatis
 mihi unum frustrum de Creta, quia in tota Roma non habent bonam cre-
 tam, etiam si vellitis dare unum florenum pro ea: sed sicut scitis, oportet
 habere cretam, quia sum logicus: et quando volo facere syllogis-
 mum, tunc non habeo atramentum semper. Etiam est fastidiosum facere
 25 cum atramento: et mittatis mihi ligas teutonicas ad ligandum caligas, quia
 faciunt ita malas ligas in Italia quod est mirabile. Mitto vobis hic unam
 veronicam quę tetigit capita sanctorum Petri et Pauli et multas alias reli-
 quias; et mitto vobis unum agnus dei; et debetis mihi salutare dominum
 Valentinum de Gelterßheim, magistrum nostrum colendissimum. per deum
 30 ego nunquam ita potuisse discere logicam si non stetissem in bursa sua;
 quia ipse est valde declarativus, et supposita cito capiunt quando ipse legit.
 Valete plurime cum sanitate mentis et corporis. Datum Romanę Curię.

20.

C Magister Marquardus Fotzenhut

Magistro Ortvino Gratio

35 Salutem cum servitute amicabili. Venerabilis domine Magister, sicut scri-
 bitis mihi quod debeo notificare vobis de Magistro nostro Iacobo de Hoch-

² Conradus 5. ³ M. 4.5. Gratio om. 4. ⁴ Nonne mirabile 5. ⁵ michi 5.

⁶ lras. 4. ⁸ penis Camere 4. ¹³ cepe 4. cepq 5. ¹⁴ ego 5. ¹⁸ michi 5. et
 sic infra ter. ²⁰ fruſtrū sic 4.5. ²¹ vellitis 4. ^{21.22} feitę: q oj hře 5. ²⁶ q 4.5.
 Pe, 2 pau. 4. Pe, 2. Pau, 5. ³³ M. 4.5.. ³⁴ M. 4.5. ³⁶ michi 5.